

Nos Don Julio Sacheti por la gracia de Dios y de la santa Sede Apostolica, Obispo de Gravina, Nuncio, y Colector general Apostolico en estos Reynos de España. A los venerables en Christo Padres, Arçobispos, y Obispos, y a sus discretos Provisores, Oficiales, y Vicarios generales y a los Reverendos Abades, Priores, Ministros, y otros qualesquier Prelados, y Superiores regulares, o seculares, y demas personas, a quien lo infrascripto toca, o puede tocar, Salud en nuestro Señor. Sepan que nuestro muy Santo Padre Urbano por la divina providencia Papa Octavo, echando de ver los abusos que ha avido, y ay, y cada dia se van aumentando en la adoracion, y culto de algunos difuntos, que con fama de santidad, o martirio, aunque no estan canonizados, ni beatificados por la santa Sede Apostolica, sus imagines, y retratos en Oratorios, e Iglesias, y otros lugares publicos, y particulares se erigen, y levantan, y se ponen y pintan con lauros, rayos, o esplendores, y en sus sepulcros se ponen lamparas, luzes, y otras insignias en señal de los beneficios y mercedes recebidas, y se escriven libros de sus revelaciones, y milagros, y otros beneficios, y mercedes por su intercesion alcançados. Para evitar lo qual aviendolo tratado, y comunicado con los ilustrísimos Cardenales, generales Inquisidores en la santa Romana, y general Inquisición, proveyo la Constitucion del tenor siguiéte.

Feria V. Die 13. Martij Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi M. DC. XXV.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & universalis Inquisitionis habui in Palatio Apostolico in Vaticano corâ S. D. N. D. Urbano Divina providentia Papa VIII. ac Illustriss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus, adversus hæreticâ pravitatem Inquisitoribus generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SA N C T I S S. D. N. sollicitè animadvertens abusus, qui irrepserunt, & quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum sanctitatis, aut martyrij fama, vel opinione defunctis, qui, etsi neque canonizationis, neq; beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratorijs, acq; Ecclesijs, alijsq; locis publicis, ac etiam privatis cum aureolis, aut radijs, seu splendoribus proponuntur, miracula, & revelationes, aliq; beneficia Deo per eorum intercessionem accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulchra, tabellas, Imagines, & res aliæ ad beneficia accepta telificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur. Volensq; proinde huiusmodi abusus pro debito Officij pastoralis, occurrere, re etiam cum Illustriss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus, contra hæreticam pravitatē in Univerſa Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus communicata, & maturè considerata, ac discussa, declaravit, statuit, & decrevit, ne quorumvis hominû, cum sanctitatis, seu martyrij fama (quantacunque illa sit) defunctorum imagines, aliæque prædictæ, & quodcumque aliud venerationem, & cultu præferens, & indicans, in Oratorijs, aut locis publicis, seu privatis, vel Ecclesijs tan secularibus quam regularibus, cuiuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis aut societatis apponantur, ante quam ab Apostolica Sede canonicentur, aut Beati declarentur, & (si quæ appositæ sunt) amoveantur, prout eas ita-
tiam amoveri mandavit.

Ac partiter imprimi de cætero inhibuit libros eorundem hominum qui Sanctitatis, sive Martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migraverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quacunque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentibus, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoscendis, Theologos, aliosque iros, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid novum, ac inordinatum in re tam gravi committatur, negotium intrinsecum ad Sedem Apostolicam transmittat, eiusque responsum expectet: Revelationes verò, & miracula, aliæque beneficia supradicta, quæ in libris, horum hominum vitam, & gesta continentibus, hætenus sine recognitione, atque approbatione huiusmodi, impressa sunt, nullo modo approbata censei vult, mandatq; sua Sanctitas.

Ad horum hominum sepulchra, vetuit etiam, ac inhibuit, tabellas, aque Imagines, ex cera, aut argento, seu ex alia quacunque materia tam pictas, quam scultas, atque excultas appendi, aut affigi, & lampades, sive alia quæcunque lumina accendi sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra, facienda, sedique Apostolica referenda, ac ptobanda.

Declarans, quòd per suprascripta, præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui aut per cõmunem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij, coluntur.

Vt autem præmissa diligentius observentur, Univerſis, ac singulis tã Ordinarijs, quam hæreticæ pravitatis Inquisitorib; districtè præcipit, vt in sua quisq; Diocesi, vel Provincia sedulo pervigilent, ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliavè contra superius disposita, fiant: transgressores verò, si Regulares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, necnon & suspensionis à divinis: si verò clerici seculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à divinis, & ab administratione sacra-
mentorum, executioneque suorum ordinum respectivè alijsque arbitric prædictorum Ordinariorû, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo. Quæ autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculpsierint, seu quoquo modo effinxerint, vel formaverint, ceterique Artifices circa prædicta qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniarijs, alijsq; etiam corporalibus pœnis, iuxta criminis gravitatem, eorûdem Ordinariorû, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur, Contrarijs quibuscumque non obstantibus.

Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo pratendi, voluit, vt Decretum huiusmodi, seu illius exemplum ad Valvas Basilicæ Principalis Apostolorû Urbis, ac in Acie Campi Floræ affixum omnes perinde arceret, atque afficiat, ac si vnicuique personaliter intimatum fuisset, quodque præsentiu transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem profusus fides habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostentæ.

Io. Antonius Thomassus Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis Not.

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indiçtione viij. Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. anno eius secundo, die vero quarta mensis Aprilis, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorû de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Octavio Spada Mag. Curf.

Y En su execucion y cumplimiento nos la mandò publicar, hazer guardar y cumplir: para lo qual despachamos las presentes, por las quales encargamos y mandamos, que luego que lleguen a noticia de las personas supraescritas, las executen y obedezcan, y de aqui adelante no permitan q se adoren, erijan, pongan, ni pinten las imagines de los dichos difuntos en la forma arriba dicha, ni en sus sepulcros se pongan lamparas, luzes, o otras insignias de milagros; mas antes con toda brevedad quiten las dichas imagines y pinturas, y de sus sepulcros las lamparas, luzes, milagros, y otras insignias; sino es en caso que la dicha aposicion sea reconocida por el Ordinario, y aprovada por la Sede Apostolica. Y asì mismo no se impriman los dichos libros de revelaciones y milagros sin la dicha recognicion del Ordinario, y aprovaciõ Apostolica: y los en otra manera impressos no sea visto estar aprobados; y lo guarden y cumplan, y hagan guardar y cumplir, so las penas contenidas en la dicha Constitucion: en la qual se declara, no se intenta perjudicar a lo que por comun consentimiento de la Iglesia, o de tiempo inmemorable, o por escritos de Padres y varones santos, o con sabiduria y tolerancia de la Sede Apostolica, o del Ordinario por antiquissimo tiempo estã recebido. Dadas en Madrid a diez y siete de Julio del año del Señor de mil y seiscientos y veinte y cinco.

Iulius Episcopus Gravineñ. Nuntius Apostolicus.

Por mandado de su Señoria Illustrísimas.
D. Franciscus Gutierrez Zorrilla Secretarius.